

propediem petiturus Italiam. Doctor Michael Ungarus conduxit domum nostram. Tibi tamen relicta est habitatio^{b)} illa, in qua fueras. Facultati mutuavit florenos centum ad reaedificandam^{b)} domum; credo tamen eam vix inhabitaturum. Ubi sis, quid agas, oro rescribe. Misi per Kobler Poeticam unam. Scripsissem^{k)} quoque, si me de discessu certiore^{l)} reddidisset. Ego, ut iussisti, stipendium dispertiam^{m)}. Si Gundelius admittet, curabit Cuspinianus, ut est amicus tuus, scrupulos inicere. Catella, cum hoc scriberem, affuerat; impensissime salvere te iussit. Nos omnes valemus citra promptas pecunias. Nichil tamen nos molestat hoc. Ita assueti sumusⁿ⁾. Nisi acceleres^{o)}, vix me Viennæ^{p)} invenies. In calce enim est practica. Vale et rescribe, ut, ubi sis, sciamus. Ex Vienna^{q)} cito, 24. Septembris, anno MDXVIII.

Tuus *Wolf(gangus) H(eiligmair)*.

Artium^{r)} et medicinæ^{s)} doctori, poetæ^{t)} laureato Ioachimio Vadiano, præceptori amatissimo.

in S. Galli

a) „Collimicius“. — b) „scriberis“. — c) „ocultavisse“. — d) „scribsi“. — e) „septinas“. — f) „querit“. — g) „Guldelius“. — h) „habitacio“. — i) „reedif.“. — k) „scribs“. — l) „certiorem“. — m) „dispertiam“. — n) „summus“. — o) „acceleres“. — p) „Vienne“. — q) „Vinna“. — r) „arcium“. — s) „medicines“. — t) „poete“.

l) Vrgl. I, Brief 65.

I 133.

135.

Konrad Grebel¹⁾ an Vadian.

Zürich. 1518. September 26.

Entschuldigung seines Stillschweigens. Dankesäusserungen für die Wohltaten Vadians. Sein Entschluss, nach Paris zu Glarean zu gehen. Stellung des Vaters Grebel zum Eheproject Vadians mit Martha Grebel. Beteuerungen seiner Zuneigung und Verehrung. Bitte, für die Rücksendung seiner Habe aus Wien besorgt zu sein.

Salve, vir clarissime. Quamdiu nihil ad te scripserim, nulli velim ascribas negligentia^{a)}; duodecimo enim Kalendas Octobris a sorore et Thermis, in quibus lavabar, redii. Et cum vix patriam attigissem, magnum mihi hulus in spina dorsi creverat adeo, ut nihil agere, nedum scribere possem. Nec si maxime potuissem, nuntius^{b)} aderat, qui meas ad te deferret literas. Proprius itaque nuntius^{b)} ad te missus cum literis hisce, in quibus, quod unquam mihi benefeceris, quod me plus quam amaveris, quod me fideliter instruxeris, quod denique nihil non pro Conrado feceris^{c)}, gratias tibi (præceptori meo non dicam undecunque doctissimo, sed longe omnium charissimo) ago nunquam intermorigura^{s)} agamque, quam-

diu vivam. Teque tuosque omnes, sponsam quoque, quæcunque tua futura est, valere iubeo et feliciter^{d)} vivere. Paterno namque et meo consilio Lutetiam^{e)} studii et bonarum literarum, Glareani denique gratia me recipiam, die Iovis proxima a chara patria solvam; comites erunt duo Tigurini, ex decreto senati urbis Tigurine regii stipendiarii, quæ omnia nuntius^{b)} exactius tibi aperiet. Quod reliquum, iam dicam: Cum a me discederes in Elligöw, petebas, ut quam primum te certiore redderem, quid pater interim decrevisset de filia, quanta dote eam tibi locaturus esset. Ego, ne unquam partibus meis deessem utque promissis starem, patrem, quid acturus esset, quæsi^{f)}. Respondere hoc pacto cœpit, paronympho scilicet inspecto: te tantum virum parenti^{g)}, genere, doctrina, autoritate et fama, forsitan non adeo sororem meam desiderasse, aut rem maioribus me senio et autoritate aggressus esses. Utcunque tamen sit: si serio agere velis (iocatum enim te putat), cum tuus sit, tuam etiam filiam esse vellet, si ditio^{r)}rem (illud enim audivimus) non ducturus sis. Et si pater tuque in hac re non consensuri olim sitis, in reliquis tecum vult quam maxime consentire, te non minus observare quam prius unquam, tuus totus esse, ut se abutaris etiam. De me non est, quod dubites Vadianum amare et observare; eius denique nomen qualitercunque extollere non desinam, donec valebo vivamque^{h)}. Hæc ut missa faciam, te oro atque obsecro, ut supellectilemⁱ⁾ meam, cum ad Viennam redieris^{k)}, libros puto, aut cum tuis huc mitti cures aut, si Ravenspurgenses mercatores abducturi sunt, fac, ut omnia apte disponantur, quo facilius et commodius vehi possint. Iam nihil est, quod scribendum præter^{l)} hæc habeam. Omnes te salutant. Tuos, quotquot sunt, omnes nomine meo saluta. Vale. Ex Tiguro, sexto Kalendas Octobris, anno a nato Christo MDXVIII.

Conradus Grebelius Tigurinus, Vadiani,

nisi tantus vir esset, plus quam frater, sed quam ^{17 onian} tantus sit, servulus devotissimus.

Magistrum Wolfgangum Bohemum, patronum meum, suosque tuosque, qui Viennæ^{m)} sunt, cum eo veneris, nomine meo multa salute affice.

Adresse fehlt.

a) „negligentia“. — b) „nuntius“. — c) „feceris“. — d) „feliciter“. — e) „Lutetiam“. — f) „quæsi“. — g) „parenti“ zum Teil gestrichen. — h) „vivamquam“. — i) „supellectilem“. — k) „redieris“. — l) „preter“. — m) „Vienne“.

l) Vrgl. I, Register.

1518 Okt. 4. J. Eckolt III 172 Nr. 38.

1518 Okt. 15. O. Myconius III 173 Nr. 39

1518 * 25. W. Bude VII 9 Nr. 5

1518 * 26. J. J. a Liliis (zur Gilgen) III 174 Nr. 40.